



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Avli Persii Flacci Satyrae Sex

Persius Flaccus, Aulus

Basileae, 1582

VD16 P 1629

Aelii Antonij Nebrissensis in Satyras Argumenta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34803

7

gelbrechto Engētino poeta festissimo (qui Freiburgi Brī-
siacorum poeticam olim docuit) publica acroasi quasi sua
fecerat. Adiecum etiam Foquelinum, qui (ut Rami disci-
pulum agnoscis) præter Grammaticam, Rheticā, Ethicā,
Politicā, Historicā, Poesin : etiam Logicam quasi prior-
rum ~~τεχνῶν~~ superstruxit : Adeò ut si qua huic laus præ ceteris
tribuenda sit, ~~λογικῶν τεχνῶν~~ eum iure optimo dicere queamus.
Hoc ergo mei erga te amoris & benevolentiae signum bene-
uolo animo excipo, meq[ue] inter tuos amicos, vel in
extrema cera, scribito. Vale. Dat. Altorfij No-
riconum. Anno 1578.

JOANNIS Murrillij Ruremondensis in A. Persij
Prologum, & Satyras, Argumenta.

Commendat, ridens alios, præfatio yatem:
Nobilium prima mores taxantur inepti,
Carpit auaritia mala vota, precesq[ue] secunda.
Tertia desidiam iuuenum fastusq[ue] lacebit.
In quarta stultus Rex, Censoresq[ue] notantur.
Cornutum laudans aperit penultima seruos.
Ultima perparcum Satyra infectatur auarum.

AELII Antonij Nebrisensis in Satyras Argumenta:

Prima poetarum mores, & tempora monstrat.
Quidq[ue] optare deceat, quod non optare, secunda.
Tertia virtutis iuuenes inflammat amore.
Rem populi ignaros prohibet contingere quartæ.
Quintæ docet, qui sit liber, qui sit quoque seruus.
Ultima, ob hæredis curam, castigat auaros.

JOANNIS Pierij Valeriani Bellunensis in
easdem Argumenta.

Prima leueis carpit vates mollemq[ue] Neronem,
Alterasq[ue] vanas, & inania vota, precesq[ue].
Tertia cessantem circa præclara inuentam.
Censores quarta insanos, & facta Neronis.
Quintæ hominum in vanis diuersa negotia rebus.
Duriter impransos sextæ infectatur auaros.

53 V R.